Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

qui mortuus est. qui & resur-
rexit. qui & ascendit in celos.
& ad dexteram patris sedet.
qui & iam intercellat pro nobis.
Post orationem incipit pontifex
antiphonam. Confirma hoc deus
quod operatus es in nobis a templo
sancto tuo quod est in hierusalem.
cum gloria patri. Post quam enim
pene perfectum est mysterium
salvationis humane. precatur:
vel ipse dicit patrem exorans. ut
confirmet hoc quod operatus
est in nobis. ut ei omnis terra
subiciatur. propter cuius re-
demptionem ipse mori nondu
bitavit. Sicut ante incarna
tionem promiserat. postula a me.
& dabo tibi gentes hereditatem
tuam & possessionem tuam. &
reliqua. vel ut omnis pontifex
vice illius fungens obsecrat. ut
qui ipsius dono exercetur. eius
munere usque in finem perdu-
catur. ut secundum apostolum neque
tribulatio. neque angustia. neque
nuditas. neque periculum. neque
ulla creatura possit nos separa-
re a karitate dei que est in xpo
domino nostro. Quid sit autem illud
quod deus operatus est in nobis.

unde scilicet illud donum emi-
serit adhuc erit. A templo sancto
tuo quod est in hierusalem. de tem-
plo enim illius quod est in hierusa-
lem processit ad operatus est in nobis.
quia ab ecclesia illius processerunt.
qui in nobis bonum operati sunt
predicationis. & signa exercuere
& virtutes. quia omnia ad gloriam
refert ecclesia patris. & filii. & spi-
ritus. que cognoscit unum deum. &
verum in trinitate. & unitate con-
sistentem. Post hec autem sub chaco
m. id est coitri. linteamina. vasa. & oma
ornamenta ecclesie. pontifices be-
nedicenda offerunt. Qui per hos
ministros intelliguntur. nisi qui
ecclesie seruitio vel ornatu delegan-
tur. Quos necesse est ad decorem
ecclesie multa conferre. & varia pro
prie possibilitati eiusdem. Sicut
enim apostolus israheliticum taber-
naculum iussu dei construendum ee-
uaria oblata sunt donaria. sicut
nunc in ecclesie decore diuersa
deferuntur dona per ministros
eius domino offerenda. Aliquando
linteamina offerunt corporalia
licet diuersis uirtutum exerci-
tus ad candorem castigatus per-
dicta. Aliquando rubra indumenta